in eos qui ieceerant retorqueret. Cumque magna vi persistente vento.
omne iaculum missum ab hostibus frustraretur. fracto adversariorum animo.
seu potius divinitus repulso. arbogaste duce nequiquam deo adverso fortia
faciente. eugenius ante theodosii pedes. vinctis post tergum manibus ad
ducitur. ibique vite ei et certaminis finis fuit. Cum vero religioso principi
gloriosior victoria de frustratis opinionibus paganorum. quam de tyranni
interitu fuit. quibus spes vana et falsa divinatio minus interitu contulit
pene. quam pudoris servavit invita. Cumque post hec vir futurorum prescius
imperator disponende rei publice sollicitudine stringeretur. ad orientem
protinus mittit. ubi venientes ad bellum tuta libros custodia commendarat.
ibique archadium augustum regnum quod dudum tradiderat servare precepit.
honorium vero pari dignatione preditum. ad occidentis imperium venire
ocius iubet. Quo suscepto. et paternis osculis amplexibusque constricto.
traditis occidentalis regni gubernaculis. ipse romano imperio per an
nos XVII. feliciter gubernato. ad meliora migravit. cum piissimis prin
cipibus percepturus PREMIA MERITORUM.

EXPLICIT

A B C D E